



DISPUTATIO XV.

*Opposita**Libb. II. De Baptismo & Confirmatione.**Respondente*CONRADO Weininger/ Sultzber-
genfi Brisgojo.

T H E S I S I.



OTum negotium Bapti-
 smi doctrinam concer-
 nens: *Bellarm.* ipse ad 9.
Capita revocat: Quorum
 1. agat *de nomine & defini-
 tione* 2. *Materia* 3. *Forma*
 4. *Necessitate*. 5. *Ministro*. 6. *Suscipientibus*.
 7. *Effectis*. 8. *Comparatione Christi Baptismi*
cum Johannis. 9. *Ritu & Ceremoniis*. De qui-
 bus omnibus sic se disputaturum pollicetur,
 ut non tantum præcipuos hujus temporis
Hæreticos refellat; sed vel maximè *Concilia-
 buli Tridentini canones defendat*. Quò ipsò,
 tanquàm forex suò semetipsum prodidit
 iudiciò. Ecquid enim magni expectemus
 ab eo, qui se manifestissimorum mendacio-
 rum Patronum ultrò profitetur? Quid no-

P. bis